CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. III

IŪLIA CANTAT. MĀRCUS RĪDET. MĀTER VENIT. (verba temporālia)

-AT: Iūlia cantat. Mārcus Iūliam pulsat. Iūlia nōn cantat, sed plōrat. (v. 3, 8, 9)

- ET: Mārcus rīdet. Quīntus Mārcum videt. Iūlia respondet. (v. 10, 11, 25)

-IT: Māter venit. Pater dormit neque Quīntum audit. (v. 21, 44)

MĀRCUS IŪLIAM PULSAT. QUĪNTUS MĀRCUM VIDET. (cāsus accūsātīvus)

- A > -AM

Mārcus Iūliam (< Iūlia) pulsat. (v. 8)

Iūlia Aemiliam (< Aemilia) vocat. (v. 16)

- US > -UM

Quīntus Mārcum (< Mārcus) videt. (v. 11)

Quīntus Mārcum (< Mārcus) pulsat. (v. 14)

IŪLIA PLŌRAT, QUIA MĀRCUS EAM PULSAT. *CŪR IŪLIUS QUĪNTUM NŌN AUDIT?* IŪLIUS EUM NŌN AUDIT, QUIA DORMIT. (prōnōmina persōnālia)

Iūlia plōrat, quia Mārcus **e-am** (: Iūli-am) pulsat.

Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius **e-um** (: Quīnt-um) nōn audit, quia dormit.

Aemilia: *Quis mē vocat?*
Quīntus: *Iūlia tē vocat.*

CŪR IŪLIA PLŌRAT? IŪLIA PLŌRAT QUIA MĀRCUS EAM PULSAT.

Cūr Iūlia plōrat? Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat. (v. 26–27)

Cūr Mārcus Iūliam pulsat? Quia Iūlia cantat. (v. 30–31)

UBI EST IŪLIUS? CŪR (IŪLIUS) NŌN VENIT?

Ubi est Iūlius? Cūr (Iūlius) nōn venit? (v. 36)

Iūlius eum nōn audit, quia (Iūlius) dormit. (v. 43)

Cūr māter Mārcum verberat? Mārcum verberat, quia (Mārcus) puer improbus est. (v. 58)

QUIS EST PUER QUĪ...? / QUAE EST PUELLA QUAE...? / QUOD EST BACULUM QUOD...? (prōnōmina interrogātīva, relātīva – cāsus nōminātīvus)

-US: Puer quī parvam puellam pulsat improbus est. (v. 63)

Quis est puer quī rīdet? (v. 69)

- A: Quae est puella quae plōrat? (v. 70)

- UM: Baculum quod in mēnsā est... (vidē cap. IV, v. 75)

QUEM? PUER QUEM.... PUELLA, QUAM... /// QUID? BACULUM, QUOD... (prōnōmina interrogātīva, relātīva – cāsus accūsātīvus)

-US/A: Quem vocat Quīntus? Quīntus Iūlium vocat. (v. 77)

- US: Puer quem Aemilia verberat est Mārcus. (v. 75-76)

- A: Puella quam Mārcus pulsat est Iūlia. (v. 72–73)

- UM: Mēdus baculum, quod in mēnsā est, videt. (vidē cap. IV, v. 75)

!!!

- NEQUE (= ~~ET NŌN~~): *Iūlius dormit neque Quīntum audit. Iūlius venit, neque Aemilia eum videt* (v. 44).